



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Antonii Florebelli Mvtinensis, Ad Philippvm Et Mariam Reges, de restituta
in Anglia religione Oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

**ANTONII FLORE-
BELLI MVTINENSIS, AD
PHILIPPVM ET MARIAM REGES,
de restituta in Anglia religione
Oratio.**

Vos honorum omnium votis maximè expetebatur
Optimi & Religiosissimi Principes, & abs te Regina,
simulac regnum adeptas, ceptum fuerat, cum nõ-
dum Maximo huic & Clarissimo Regi nupta esses: id
tam p̄ amborum studio ac pietate perfectum videmus. Nobi-
lissima hæc Anglorum natio, quæ nefarijs eorum consilijs à qui-
bus oppressa tenebatur, ab Ecclesia Catholica fuerat sciuncta, &
a vera religione deducta: cum singulari Dei beneficio ac miseri-
cordia, cui vestris consilijs, curis, laboribus, auctoritate sublato
distulio, ad pristinam pietatem reuocata est. Post tot, & tantas
Christianæ Reip. calamitates, tot populorum defectiones, tantam
diuini cultus diminutionem factã, hoc primùm Ecclesie vulnus
sanatum est, hic primùm est restituta religio, hi primi populi ad
Ecclesiam Catholicam sunt reuersi. Inuenerauerat iam hoc ma-
lum, & ita corroboratum fuerat, vt actum hic prorsus de religio-
ne, ad am de huius gentis salute videretur. Volebant boni o-
mnes veterem lucem religionis creptam huic nationi, quæ ab a-
lijs obam ipsa gentibus maxima sua eum gloria, impietatis
tenebras depulisset. Lugebat Ecclesia è sinu suo abstractos
tot quondam adeo pios, & sibi obsequentes filios. Acerbissi-
mè verò sedes Apostolica ferebat, hos populos, quibus Christi
cultum & religionem ipsa tradiderat, quosque non solũ propter
ipsorum erga se pietatem, sed etiam ob sua in eos beneficia exi-
mè diligebat, à se alienatos fuisse. At vos simulatque inter vos
matrimonio iuncti estis, nihil antiquius habuistis, quam vt in re-
spo, quod à Deo accepissetis, ipsius Dei religionem instauraretis,
achos restitue fidei ab illo commissos populos, ad matrem ipso-
rum Ecclesiam reduceretis. Cum tantã ad rē perficiendam multæ
vobis opponerentur difficultates, & magna obstatet impedimētã:
nullis

nullis nec laborib. retardari, nec periculis detereri a pio vobis
 sanctoq.ue consilio potuistis. Hac cura vna maximè vestris animis
 infixâ fuit: hac de re inter vos estis multos menses afflicte cõmu-
 nati periculorum vestrorum immemores, memores verò diuini
 rum erga vos beneficiorum, memores Regij muneris, inq.ueni-
 que cognominum. Itaque non antè conqueuistis, quam ne ad ce-
 ptatum exitum adducta, suus in regno hoc vestro fuerit Chris-
 sto cultus, suæ Ecclesiæ filij, sua Christi vicario auctoritas resti-
 ta. Habet hoc grati animi vestri testimonium Deus optime, hoc
 pietatis erga se signum Ecclesia, hoc pignus obseruante vestre
 Romanus Pontifex: postremò hoc gentibus omnibus precantia
 dedistis vestre sapientiæ, virtutis, atq. constantiæ. Vestra itaq.
 in Christianam Remp. beneficium cum per se maximum dicitur
 hoc etiam maius, quòd iam sperare videtur fore, vt Germani
 Principes ac liberi populi tam insigni exemplo communi
 colligant, & suæ salutis aliquando consulant, atq. prospiciant
 eò magis, quòd iam experti sunt, quantas ipsis calamitates intu-
 xerit perturbatio religionis, & ab Ecclesia Catholica defici-
 Quod quidem si fecerint, quemadmodum sanè & optamus o-
 mnes, & à Deo precamur, vestrum eò latius beneficium petere
 sua salutis simul & quieti suæ consulere, ac veterem pietatis lau-
 dem recuperare neglexerint, vestri tamen pulcherrimi illi beati
 & memoria nunquam interibit. Et si enim vos quidem, vt Chris-
 tianis Principibus dignum fuit, vnus Dei gloriam, & huius generis
 salutem spectauistis: tamen vt Lucij Regis nomen in Ecclesia
 celebratur annalibus: quo auctore Britannorum natio, que tunc
 hanc insulam incolerat, omnium prima publicè Christi cultum,
 religionem que suscepit: ita qui res gestas horum temporum lau-
 ris mandabunt, religionis in hoc primum regno, post diuinitus
 dissidium vestra opera restituta, eiusmodi vobis profectò testi-
 monium dabunt, quod nulla poterit nec diuturnitate tempo-
 rum obscurari, nec posteritatis obliuione deleri. Quos enim huc de re
 omnibus iam in locis sermones haberi: qua prædicatione quibus
 laudibus vos in cælum ferri: quas hoc nomine Deo gratias ag-
 putatis à pijs omnibus? Ipsa profectò templa, quæ in hoc regno
 sunt, & lætari videntur, & vobis gratias agere conari, quod
 ipsis sanctitas, suæ imagines, suæ ara, sua sacrificia fuerint resti-
 ta. Quid illos beatos cælitum choros atque ordines? quos illis
 gaudij? qua exultare lætitiæ? quos hymnos Deo canere cœlitum?
 Etenim si vel vnus hominis causa, quem peccatorum suis pe-
 nituerit, tantam in cælo gratulationem fieri, Christus Dominus
 noster dixit: quid tanta natione ad pristinam pietatem restituta,
 quantopere tandem cælum exultatatum putatis, & quam laudibus
 gratias Deo agentium vocibus personare? Præclare igitur huius

ellis tum Catholicorum Principum, tum Fidei defensorum officio, que cognomina, ut omnes augurabamur, & ut res declaravit, meritos non sine diuino quidem consilio communicata sunt. Preterea & pietati vestre constitistis, & eorum, a quibus orti estis, laudibus respondistis. Nam ut de patre, & maioribus tuis prius loqueretur clarissime: Equis plures pro Christiana Rep. labores suscepit: equis pluribus pro religione periculis caput suum obicit, quam parens tuus Carolus Imperator? Ille Turcarum Regis impetum, cum innumerabili equitum & peditum multitudine Pannoniam superiorem petentis, repressit, ac turpiter cum suis se in fines recipere coegit: Ille Ariadeno Turcarum duce una cum ingentibus Astarum & Numidarum auxilijs in Africa deuictus, ac Punicis recepto, viginti & eo amplius Christianorum milibus libertatem restituit. Ille iterum in Africam traiecit, ut Argemam urbem maritimam, firmissimum hostium aduersus Christianos presidium expugnaret, cuius urbis propè iam captae oppugnatione desistere coactus propter seuerissimas tempestates, & repentinum illud nauium incommodum, tantam tamen in illa occasione magnitudinem animi declarauit, ut plus ferè auctoritatis ipse ex aduersis rebus adeptus sit, quam ceteri soleant ex fortuna. Postremo ille ut Germanos Ecclesie reconciliaret, plurimum semper laborauit: ad extremum autem cum nihil proficeret, grauissimum ob eam causam susceptum bellum, & si felicissime Deo iuuante confecerit, tamen non sine maximo gessit & regnum suorum, & capitis discrimine. Quid proavi tui Ferdinandi Regis Hispaniae: quid eius uxoris Elisabethae: quanta, & quam illustri Ecclesiam merita extiterit: qui non in Hispania modò religionis nostrae fines protulerunt, verùm etiam gentes ab his, quae noceant, orbis terrarum partibus, vastissimo Oceano diuisas, & in alterum caeli verticem spectantes, nobiscum religionis & sacrorum communione iunxerunt. Quid Lusitaniae reges Ioannes & Emanuel ille auus tuus maternus, hic proauus? nonne multis usque in vlcimas oras Indiae classibus, & Christi illuc religione aduocata perfecerunt, ut contrario itinere sol iam alter ex his occidentis partibus in orientem, & quidem multo splendidiore, & saluatore commearit? Nam qui t de te ipso dicam? qui tam pie, tam religiosè iam indè à puero vitam instituisti: tantum diuini cultus studium, omnibus dictis & factis praeter tulisti: tanto denique sacerdotum in honore semper habuisti, ut catholici cognomen non tibi à maioribus traditum, sed à te ipso inuentum & partum fuisse videatur. Nihil tu igitur pietate tua alienum fecisti, nec patri & maioribus tuis minus, quam ab eis acceperis, & quae reddidisti, nisi fortè minus bene de Ecclesia mereri censendus sis, qui amissas prouincias ei restituit, quam qui nouas

Ggg adiu.



adiungat: aut Ecclesie minus interfit, hæreses, quæ æternis
 mis exitum & iterum afferunt, extingui, quam hostibus,
 corporibus tantum nocere possunt, restit: aut Christianis ho-
 nibus minus optabile sit ex facta & faucibus eripi, quam ex hon-
 num vinculis liberari. Quid verò tu Regina? nõne matris tu-
 sanctissimi & Regina? nõne eorum quos modo commemoras,
 Hispanie Regum, à quibus ipsa quoque orta es, nõne tu in
 primis ipsius similis fuisti? Quis ignorat, quam tu constantia
 vera & sincera Christi religione, & fide erga vicarios ipsius mis-
 feris ex eo tempore, quo Romanorum Pontificum iustitiam
 penitus auctoritas Christi vero non commutata fuit, detesta-
 ta, & funditus eversa religio eorum iussu, qui tum dominabat,
 qui quidem postea meritis impietatis suæ poenas dedere, non
 centissimi hominum civiumque generis atque ordinis, quod apparet
 recusabant: tanta illa in Deum & homines scelesti, alij ad sup-
 cium rapiabantur, alij conijcibantur in vincula. Cum tunc
 oculos versaretur illorum sanguis pro Christo mortentium hor-
 squalor in carcere habitantium: cum tibi ipsi (dum indigni
 custodes apponerentur, tamen nullius te periculi metu, nulla
 contumeliæ, nulla interdicta à vera religione & gratia pietate
 tua deducere potuerunt. Quin etiam ad eosdem subeundos callos,
 si tantum illi facinus in te ausi essent, paratam te fore ostendebat, ac
 passuram te potius ipsam Deo immolari, quam tibi sanctissimum
 illud à Christo institutum sacrificium eripi. Vt Christum autem
 in tuo castissimo pectore semper inclusum habebas, ita decepti
 custodibus presentem eum in Eucharistia, & summa cura ac sol-
 gentia in cubiculi tui pariete asseruatam, sanctissimè colebas. Ha-
 tu vno in calamitatibus tuis, & illa indignissima veritate per-
 fugio atque solatio uterere. Itaque cum illo turbulento tempore
 egredij virgo generis, antiquam & veram religionem tam constantem
 & fortiter retineres, non minus tu quidem vel Christi nomen
 illustabas, vel bonorum animos confirmabas, quam illi, qui
 vinciri se, & perperis mandari tenebris malebant, quam ipsi pro-
 probantibus Sacramenta tolli Christi amoris erga nos misericordiam
 & divinam misericordiam pignora, aut præcidi sibi capita partici-
 pantur, ne suum Ecclesie Angliæ caput abscessum viderent. Non
 cuit autem tibi tuum pro Christo sanguinem profunderet, quod
 te nimirum sibi ad hæc ipsa tempora referuabat, ut suam per-
 nomen rebus secundis redderet illustrius, quod iam illustri
 fuisse aduersis. Atque hoc Dei fuisse consilium, rerum cetero
 peritissimè declaravit. Iam miris rerum eventibus & regressu
 tio is ad te detulit, & idem postea conferuavit: que quidem adma-
 hilia eius in te beneficia iuuat pia non modo memoria, verum etiam
 iam oratione profsequi. Quis a apertius quam tu inquam Rex ab
 eo esse

eo cõstitutus fuit, & in regali folio propè ipsius manu collocatus? Ne enim aduersus te simulac fratres tui est mortuus, Dux Nor-
 thumbriae, qui regnum istud vno etiam fratre tuo, ipse deuota-
 uerit. Magnas secum copias equitum & peditum adduxerat. Ma-
 ximos aditus intercluserat, non modò vt ne qua ad te ex Belgis
 auxilia mirri possent, sed vt ne effugere quidem tibi ex insula li-
 ceret. Habebat secum plerosq; Angliae principes, quos in verba
 suarare coegerat: qui & si causam tuam probabant, & hominẽ ob
 impotentem eius dominationem, atq; intolerandam arrogantiam
 oderant, tamen nefarijs eius conatib; aduersari nec poterant, nec
 audebant, tunc ob eius potentiam timor omnes inuaserat: te-
 nebat ararium, tenebat urbẽ hanc regni sedem atq; arcem. Quis
 non adũm de regno, & de salute tua existimasset, cum & sola es-
 ses, & a rebus sane omnibus imparata? Quam rum boni omnes de
 te sollicitudine quo timore? qua cura afficiebat: turque vota facie-
 bant? cui salus tua & religionis causa simul tanto in periculo ver-
 saretur. Actum in tanta rerũ omnium inopia, tantoq; discrimine, pre-
 sidium ad animi tui magnitudine petijisti: & regnum quod armis
 recuperare nondum poterat, literis ac nuntijs in omnes regni
 partes dimissis tibi, vel Deo potius repetere, ac vindicare minime
 dubitasti. In primis verò ad ipsum Deum supplices confugisti, mul-
 to eam cum lachrymis testata, quò tua consilia sperarent. Iam
 ea, quae secreta sunt, eiusmodi fuerunt, vt hostis ipse superbus, Deũ
 à te hunc planè senserit, & temeritatis eum suae sedò poenituerit.
 Cum enim excitato illo incredibili populorum erga te studio,
 maxima vniq; ad te cuiusque hominum generis auxilia constu-
 xissent, sacro desertus ab omnibus, & captus vnã cum liberis, in
 potestatem tuam venit. Ita sine vlla non tuorum modò eade, sed
 ne aduersariorum quidem, quos ipsos seruare, non perdere cu-
 piebas, recuperato regno, urbem hanc regiam victrix maximo
 plausu & gratulatione omnium ingressa es: Quam vniquam ad-
 mirabiliorem victoriam: quem clariorem triumphum? quam vl-
 lius Regiae speciem pulchriorem accepimus: O rem omnium an-
 nalijs de literis celebrandam in signe diuinæ seueritatis in im-
 pios, beneuolentia in pios homines, testimonium? Quam il-
 lustri atque mirabili exemplo, Deus docuit in sua esse potesta-
 te regna atque victorias: consilijs suis nullas posse humanas o-
 pes oblitere: impiorum res secundas, fluxas esse: irrita consilia,
 spes inanes: seruos verò suos a se nunquam deseri: curã sibi eorũ
 esse noui salutem modò, verum etiam dignitatem. En, qui tantas
 imper opes & copias habebat, qui tantum consilijs, tantum affi-
 nentibus, tantum clientelis suis confidebat, qui tantum auctori-
 tate valebat apud exteros, tã opere verò ab omni Anglia metue-
 batur, ab inermi virgine deuictus subito ita concidit, vt eius no-
 men

men eodem, quo corpus tumulo fuerit obrutum ac sepultum, verò sola, quæ calamitosa, quæ ab omnibus nuda prædijis hincnis erat, in tam alto repente honoris ac dignitatis gradu ab ipso Deo est collocata, ut nullus iam Regiæ sit toto terrarum orbe nomen illustrius. At quantum in rebus tam secundis moderationem animi adhibuisti? Alij Regem deuctos hostes, præsertim à quibus adducti in summum capitis periculum fuisset, nec me vlti essent, idque sibi & diuino & humano iure licere caute mallet: tu ut in periculo fortis, ita clemens in victoria fuisti: cepto enim tanti sceleris principe, duobusque alijs, de quibus supplicium sumptum fuit, & quidem multo leuius, quam potest commemuisse faterentur, omnibus qui contra te armati erant, maximo, & regio verè animo pepererit, neminem inquam, unum ex tot hominum milibus interfici passa es, neminem proibi, neminem vlla omnino in te violari, quin etiam multos eorum, qui Northumbriæ ducem secuti fuerant, in gratiam & militiam tuam receptos, honoribus ac beneficijs aucti, quorum postea strenua sanè & fideli opera vta es, quos etiam futuram in illos, qui in officio ac fide mansissent, declarasti, que in illos, qui contra te steterant, tam mitis, tam misericors, tantis rictors autem? imò verò tam benefica fuisses? quam potest erga Deum grata, quæ hominum iniurias beneficijs rependit: Atque hoc loco, silentio præterire non possum tuam maxime celebratam vocem. Nam nonnullis, quibus consilium tuum tuæ aperueras, optimum illis quidem animum tuum laudantibus, tamen quod eos amor videlicet timere omnia, & de salute tua sollicitos esse cogebat, ut cautiùs ageres, & ut nescio quam temporum maturitatem expectares hortantibus respondi, ut Deus ipse tamen cunctatus esset in custodienda salute tua, & regno tibi reddendo: ita nec tibi in sua illi restituenda Religione esse cunctandam, neque timidè & diffidenter eius causam suscipiendam, quæ tuam tam apertè defendidit: ò commemorabilem & præclarissimam responsionem, testem pietatis tuæ, indicem constantiæ. Itaque non procrastinasti, non moram vllam interposuisti. Sed contra omni animi imperu, & tota mente ad instaurandam in regno tua religionem eius & cultum incubuisti. Cuius rei præclara iam fundamenta ieceras, cum perpetuus ille humane salutis hostis, & diuinæ gloriæ obrectator, excitato in Cantio per audacissimum hominem tumultu, tam sancta salutariaque consilia impetronatus est. Erat res in maximo discrimine, cum & hostes tunc propinqui essent, & eorum in dies numerus augetur, cohortibus plurimis, quos rerum nouarum studium & præstantis cupiditas rapiebat: nec verò paruum periculum à coniuratione hostijs imminerebat, qui remotioris regni partes petierant, ut dicitur

In locis alios vno tempore tumultus excitarent : ipsa autem
 faciem tuam imparata eras, cum id praefer opinionem omnium ac-
 cidisset, ac miram : quis enim tanta nuper abs te parva victo-
 ria, subito Northumbria Duce, reliquis omnibus partim cle-
 ricali tua, partim liberalitate deuinctis, cum iam regnum
 summo omnium consensu obtineres, futurum quatenquam tam
 arduum, tam amantem, tam furiosum existimasset, qui nouas
 turbas commouere conaretur : Itaque in maximum rursus boni o-
 mnes timorem de te, & sollicitudinem adducti erant. At tu care-
 re tam repentino tuo periculo perturbaris, animo ipsa minimè
 fracta ac debilitata es, sed ita te gessisti, ut omnes & prudentiam
 tuam admirati sint, & animi magnitudinem agnouerint. Nam
 & celeriter tanta praesidia, quanta temporis patiebatur exigui-
 tas, comparasti : & populum hunc graui & illi temporis apta ora-
 tione confirmasti. Appropinquante verò huic urbi iam hosti-
 um exercitu, cum tui te hortando & obsecrando virgere non
 desisterent, ut in arcem te reciperes, ne tum quidem vllum ti-
 morem linguam misisti, non tam copijs tuis nimirum, quam Dei
 freta praesidio. Neque verò spem is tuam fecellit, neque obscu-
 re te ex tanto periculo eripuit, fuis illa memorabili pugna,
 castroque hostibus, capto eorum duce, reliquis coniuratis an-
 tequam moliri, & turbare quicquam possent, repentino tuorum
 aduentu oppressis, ex quibus is qui & opibus, & auctoritate præ-
 stabat, o rem penè incredibilem, ferarum indicio captus est,
 ad eorum latibula confugerat. Tanta enim causa tuae pietas
 fuit, ut illi freta etiam ipsa fauerint, & hostes tuos, quos verbo
 indicare non poterant, latratu prodiderint : latebra verò non ad
 occultandos eos valuerint, sed ad derinendos. An erit quisquam
 tam caecus, ac potius tam impius, qui Deum tibi manifestò ad-
 fuisse non videat : qui aut tantam coniurationem tam celeriter
 praesidiis, aut tantum tumultum tam feliciter sedatum fuisse,
 sine diuino auxilio & numine existimet. Equo in bello Deus
 populum olim Hebraeorum ab ipsius hostibus apertius, quam te
 hac tempestate aduersus tuos tutatus est : Agnouisti sane ipsa gra-
 tissimo animo celestis amorem Patris erga te, quidquid is à te po-
 stularet, tam insigni beneficio ipsius admonita intellexisti. Ita-
 que ad opus illud, quod iam institueras, absolucum & perpolli-
 cendum, curam omnem & cogitationem tuam contulisti. Ac pri-
 mum cum pro tua summa prudentia intelligeres nihil esse tam
 populi salutare, quam bonos & idoneos illis praesse pastores,
 maximam in eo diligentiam adhibuisti, ut Ecclesiae quae in regno
 tuo sunt, a pijs & doctis Episcopis regerentur in eorum locum, qui
 auerterant, aut ex Pontificijs legibus abdicare se illo sacer-
 dotio coacti fuerant, suffectis ex Pontificijs Maximi auctori-
 tate

tate viris spectata pietatis, & sacrarum literarum scientia po-
 stantibus. Cùm autem tui te assidue hortarentur, ut nobis
 idque & à populis, qui sub imperio tuo sunt, desiderata, & cui
 regni quieti, tum etiam Religionis causæ expedire ducerent
 quoddam sedulos homines ad res novas molendas sollicitos ma-
 incitarentur: tu & si expertem nuptiarum vitam liberos ce-
 gisses, ut **D E O** liberiùs seruire: tamen quò facilis & pro-
 us **D E I** honori, & commissorum tibi ab eò populorum salutem
 paciùque consuleres, socium tibi & adiutorem tuarum sacrifi-
 marum actionum, hunc potissimum Regem ascivisti, quo nomi-
 nem sanè vel pietate, vel iustitia, vel probitate, vel clemencia
 tui familiorem deligere potuisti. Quas nuptias nunquam sus-
 citiores? quas à **D E O** magis approbatas fuisse censemas? quas
 quas Religionis amor tantummodo, & publice utilitati
 dium conciliauit & iunxit? quo autem ex matrimonio liberos
 vestrae parem, ac similem ortam esse accepimus? ex aliorum con-
 nuptijs corporum filij nascuntur. Vos, quot homines **D E O** & Ec-
 clesie reconciliafistis, tot Religionis filios suscepistis: ut ne-
 lius quidem, quamuis sanctæ virginittatis gloria sit cum vobis
 coniugij fecunditate conferenda. Quamquam pro pietate vo-
 stra **D E V S** Optimus, dignam quoque profectò vobis prolem
 dabit, cui regnum hoc sitis, postquam illi vos dimittantur pariter
 ritus, tradituri. Tam beneficij vestri erga nationem hanc magni-
 tudo, ex miserijs, in quas propter suam ab Ecclesia, & à **C H R I S T O**
S T I vicario alienationem inciderat, facile potest intelligi. Quis
 enim à **C H R I S T I** corpore, quod est Ecclesia: & ab eius vicario
 qui Romanus est Pontifex, seiuncti fuissent, à **C H R I S T O**
 quoque seiuncti erant, & ea re omnibus eius beneficijs care-
 bant. Nihil ergo illis **C H R I S T I** mors, nihil ab eò inflata
 mysteria, nihil vlla omnino ipsorum rectè facta proderant:
 tantumque aberat, ut qui ex hac vita decessissent, ecclesiam he-
 lam hereditatem possent cernere, ut æternas ad inferos hinc
 ipsius diffidij penas luere. Quid hoc eorum statim miser-
 us: quid hac vite conditione horribilius dici aut cogitari pote-
 rat? At nunc Ecclesie iterum adscripti, atque ita cum **C H R I S T O**
 eius capite coniuncti, omnia **C H R I S T I** beneficia ac munera
 recuperarunt. Nunc ex **C H R I S T I** morte, nunc ex sanctis-
 mis Sacramentis, nunc ex pietatis officijs, fructum, utilitates
 que percipiunt. Nunc illis **D E V S** pater est, quoniam equam
 matrem ipsi Ecclesiam agnoscunt. Nunc illis denique pater
 in cœlum patet, quoniam ei reconciliati sunt, cui ab ipso **C H R I S T O**
S T O, claves cœli traditas fuisse, quemque eius in terris eccle-
 carium vniuersa semper consensit Ecclesia. Nonne igitur illi
 iure ac merito parentes vos suos appellari, quando hac necessi-
 tudine

nullius illa maior est inter homines, neque sanctior, quibus
 plus cuiam quam ipsis debent parentibus? Ab illis enim ea acce-
 perunt, quæ cum caduca sunt atque fragilia, tum in eorum, qui
 Imperatoribus annis in hoc regno dominabantur, crant sita libe-
 ritate: quæ admodum quidem varij & luctuosi plurimorum ca-
 lamitates docuerunt: quorum alijs libe-
 ritas, alijs bona, alijs patria, alijs vita per acerbissimos crucia-
 tus erepta est. At iam non ea me dō securi vobis Regibus obti-
 neret: & si qua præterea suo ipsi labore pepererunt ut honores ac
 dignitatem, verum alijs verioribus & multo maioribus bonis
 beneficio vestro perfruuntur. Per vos enim illis Deus reconcilia-
 tus atque placatus est: per vos celestis illis ciuitas reddita: per
 vos omnia illis diuina restituta sunt munera: per vos denique ita
 renati sunt, ut qui a parentibus geniti sunt & mortales, & maxi-
 mis miseris obnoxij, iam immortalem & beatissimam vitam
 sibi possint comparare. Quibus vos tantis honoribus profecui?
 quibus tam præclaris decorare monumentis poterunt? ut vel pro
 maxima tot & tantorum erga se meritum parte, satis gra-
 tum in vos animum queant declarare? O felicem te Anglia, cui
 ex tot nationibus ab Ecclesia segregatis, vni post diuturnas te-
 nebras tanta diuinae misericordiae lux affulsit: & post illa miser-
 rima & calamitosissima tempora, Rex & Regina a Deo dati sunt,
 tanta pietate præditi, & salutis tuæ tantopere studiosi? Vos ve-
 rō beatissimos Oprimi post hominum memoriam Reges, qui-
 bus hanc mentem & facultatem Dē vs dedit, ut tantum in hos
 populos beneficium conferretis. In quo maiore nimirum Dē r
 benignitate ipsi vs estis, quàm cum regnum istud eiusdem estis
 auaritate consecuti. Non modò enim Angliæ regnum, quamuis
 nobile & amplum, atque opulentum sit, sed ne totius quidem
 terrarum orbis imperium cum hoc, quo summi estis, erga Dē v m
 simul & homines, officio est comparandum. Nam regno-
 rum quidem possessio, item ut ipsa hominum vita, breuis &
 fixa est, multasque secum molestias & curas affert. At verò
 illius officij fructus æternus est, & sempiternæ efficiens beati-
 tudinis. Etenim si maxima illis merces est proposita, qui vel
 vitam hominem ab impietate ad religionem & cultum Dē i tra-
 dixerint: quod tandem præmium vobis in cœlo paratum esse
 censetis, qui innumerabili hominum multitudini, quæ in hoc
 regno est, ad veram pietatem renocata, salutem pijs vestris
 consilijs attulistis, neque eos modò conseruastis, qui sunt hoc
 tempore: sed posteritatem eorum omnem beneficio vestro com-
 prehendistis? Quorum igitur Regum, Imperatorumque res ge-
 ritæ tam amplæ vnquam ac tam magnificæ & gloriose fuerunt,
 vti iam cum vestræ huius actionis pietate, amplitudine, gloria



comparandæ? Admirari solent plerique vel maximè Res à O-
 rtfredo Boëmundo & Balduino clarissimis Ducibus gestas, qui
 cum ingentibus olim copijs ex his occidentis partibus in Alia
 profecti, victis ac superatis Christiani nominis hostibus, vicin
 Hierosolymâ, & sanctissimum illud Christi liberatoris nostris
 pulchrum receperunt. Et sanè illi optimè de Christi Repub-
 lici fuerunt, neque aduersus hostes res vlla vnquam à Mactibus
 nostris gesta est gloriofior, atque præclatior. Verum meo quidem
 iudicio factum vestrum gloriofius est, atq; præstantius. Illi enim
 Christianis hominibus, si qui peregrinari Religionis causa vel-
 lent, ad Christi sepulchrum iter patefecerunt. Vos tantæ immen-
 sioni aditum ad caelestem patriam & ad CHRISTVM ipsam pro-
 ruitis. Illi loca illa, quæ fuerunt tanquam nostra Religio-
 cunabula, Ecclesiæ reddiderunt. Vos Ecclesiæ, magnum ipsi
 nobilem in primis partem, quæ amissa fuerat, reddidistis. Petro
 illi res eas maxima Barbarorum quidem illorum, sed tam
 hominum cæde gesserunt: vos hosce populos, qui prope pro-
 rum ab Ecclesiâ disunctionem iam perierant, ad vitam recon-
 fistis. Et si autem tantam rem sine exercitu, sine vi, sine armis, po-
 tare tantum, & consilio, atque auctoritate periculis: tamen
 maximam a vobis & a bonis omnibus laudem merentur, tam le-
 ctissimi homines cuiusque ordinis, qui communi huius gratia
 consilio a vobis conuocato interfuerunt, quod tanto finem ad
 instaurandam religionem conferunt, & ius suum acce-
 ritate sedis Apostolicæ ac Romanis Pontificibus redolentem
 tum amplissimi viri, quorum consilio in administrando regno
 vrimini: qui non solum consilia vestra, vt primum hæc de re cum
 eis communicastis, approbarunt, vt etiam egregiam postea
 vobis operam pro sua fide nauarunt. Nam Iulij quidem Romanus
 Pontificis ea in vos studia fuerunt: ea paternæ erga hos populos
 voluntatis signa, vt nulla sanè maiora esse poterunt. Qui vt pro-
 mum in spem venit huius regni sibi & Ecclesiæ reconciliandi,
 omnem mentem, curam, cogitationem suam in hac sanctissimâ
 actione fixit ac locauit, neque vllum optimi Pontificis munus
 prætermisit, vt & Christi, cuius in terris locum obtinet, honori &
 vestræ quibus maximè fauet, gloriæ, & huius quæ à Romanis
 Pontificibus semper eximie dilecta fuit, nationis salutis cogito-
 ret. Itaque vt, quod sibi de pietate vestra pollicebatur, efficere
 præstare possent, & nuptias vestras auctoritate sua studiofissimè
 comprobauit, & omnem in hos populos fontem suæ benigni-
 tatis effudit. Legatum verò eum potissimum ad vos misit, cuius in-
 credibilis pietatis in Deum, amoris in patriam, fidei in re Regni
 viginti & eo amplius annorum exilium, & acerbissimam inuolen-
 tatus, ac nobilissimæ familie euerfio testis esset. Tanquam enim
 illi tantis

illi animi robur à Deo, tanta fuit data constantia, ut illo turbulento tempore, quo nefaria consilia inibantur contra religionem, contra Romanos Pontifices, contra te Regina, non modo premij, quæ sibi proponebantur, amplissima, à fide officioque delecti non potuerit: sed & patriam, & fortunas, & matrem sanctissimam sceminam, & fratrem eximia pietate atque virtute, & fratris liberos sibi iucundissimos amiserit, omnesque acerbiter pertulerit, ne causam tuam, causam patriæ, causam Religionis desereret, ac proderet. Cuius in fungendo huius legationis officio curam, studium, laborem, industriam, diligentiam commemorarem (etenim harum rerum testis sum optimus) nisi & ipse vereretur, ne hæc illum offenderet oratio, cuius omnia, facta, dicta, consilia ad Deum & honorem referuntur, & vos ipsi alijs testes esse possitis. Quem nunc post tam diuturnum exilium, post tot, & tam graues calamitates, tot pericula, cum tanta omnium lætitia, tam honorifico vniuersi Anglorum concilij decreto, tanto effecto studio rediit in patriam videamus, & reducitur ob eam ipsam religionis causam, propter quam discesserat: nõnne poteret alias res quam plurimas, quæ in hoc regno contigerunt, quibus vim & prouidentiam suam Deus aperitissimè declarauit, vel hoc maximum, & in primis perspicuum est, ipsius prouidentie signum ac testimonium? nõnne hoc quoque vel maximè omnium bonorum studia debet accendere, ut quibuscunque rebus possint, eius honori consulant, à quo videant bene de Religione ipsius, Ecclesiæque merentium non modò custodiri salutem, verum etiam augeti dignitatem? Quid verò illum vos? quo studio flagitare censetis, ut & Deo, à quo tot beneficia accepit, gratiam se præstet: & eum vestræ, qui tantam in eum beneuolentiam declarastis, laudi, tum patriæ, à qua tam honorificè & amari accepit, comodis semper inferuiat? quæ quidem omnia præstare facile poterit, si modò, quoniam hac legatione iam sanctus est, ad illam alteram fungendam, quæ pertinet ad extinguendum maximè & calamitosissimè belli incendium, quod inter Cæsarem & Regem Galliarum tam diu geritur, vobis, ut sperat, adiutoribus ritatur. Quamobrem pergite Clariss. Reges Dei honori seruire, ut omni tempore fecistis: pergite eum de his populis, tum de vniuersa Christi. Repub. quam optimè mereri: videtis quantum illa in periculo versetur propter bellum tam graue, tam diuturnum, tam longè lateque diffusum. Non quero, utrius causa sit melior: non quero, uter initium belli fecerit, & alterius fines prior inuaserit. Hoc dico, Christianæ Reipublicæ opes quoties magis exhausti, vel potius iam esse exhaustas atque consumptas. Ruerè eam, nec diutius stare posse confirmo, nisi à vobis, qui & potestis & debetis, celeriter ei subueniatur. Subuenite

per Deum immortalem, per Christi mortem, per illam sanctissimam crucem, in qua is pro salute nostra pependit, subiacente illi, vestram fidem, vestram opem atque auxilium implorant. Valebit profecto apud Cæsarem optimi filij voluntas, & patrum precibus. Valebit apud Regem Gallia, duorum tantorum Regum auctoritas. Reliquum hoc opus est, quod a vobis efficiendum sit, & quidem id vel maximè conuenit huic rei, quam gestisse: ut quemadmodum dissidium, quod inter hanc nationem & Ecclesiam erat, per vos sublatum fuit: ita bellum hoc, quo concitata Christiana Respublica, vestra auctoritate & opera componatur. Quod si perfeceritis, ut hæc natio a vobis conferuata, ira vniuersæ Christianæ Reipublicæ salutem omnes vobis acceptam referent.

F I N I S.

